



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 49. Franciæ Legati de loco ipsis assignato questi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

§. XLIX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1546.*Franciæ Legati de loco ipsis assignato questi.*

Verum Franciæ Oratores loci, quem *Pallav. ib.*
 sibi deberi contendebant, præro-^{c. 3. n. 3.} gativam in dubium vocari indignantes,
 non modo per Agdensem Episcopum,
 sed per semetipos privatim Papæ Le-
 gatos convenerunt, palam professi,
 quod quantocius abire vellent, nisi eis
 locus tam propriæ ipsorum dignitati,
 quam eorum Regi, cujus vices agerent,
 debitus assignaretur; ambiebant autem
 primam a Cæsareis Legatis sedem. Ast
 Papæ Legati, ut eos placarent, ip-
 sis hæc exponebant: *Potiori loco habeas*
communem plausum, quam duorum tri-
umve hæsitationem in amplissimo confessu,
ex tot tamque variis ingenis, animorumque
affectionibus conflato, & ubi sua cuique
erat dicendi libertas: Oratores Ferdinan-
di ad nullam unquam Synodi functionem ve-
nnerunt, postquam Caroli Oratores acceſſe-
rant, qui utriusque fratris nomine intereſſe
poſſent, adeoque opus non eſt, litem inten-
dere nihil de poſſeſſione certanti.

Verum Franciæ Legati haud idcirco aquiescere videbantur, sed temporis spatium ad deliberandum sibi concedi postularunt: Interea vero Legati media

Hist. Eccles. Tom. XXXIX. G pro-

Sæcul. XVI.**A C 1546.**

proposuere, quorum ope, si fieri posset, utriusque parti satisficeret: eapropter præ-
primis rem unice componi posse aje-
bant, si Romanorum Regis Legati in-
ducerentur, ut a congressibus abstine-
rent, prout hucusque iis nunquam in-
tersuerant. Ast ea res haud difficulta-
te carebat: tandem vero ambæ litigian-
tium partes cuncta obstacula ipsæmet
subimoverunt; cum enim duntaxat paci
studerent, ac nonnisi honesta concilia-
tionis media quærerent, hinc brevi mu-
tuo consensu res composita fuit.

§. L.

*Franciæ Oratores in Synodo excepti,
ac post Cæsar's Legatos collocati.*

*Pallav. l. c.
num. 3.*

Igitur cum conventio fuisset facta, in
quadam Congregatione die octavo
Julii habita Galliarum Regis Oratores
ingenti pompa, ac honorum signis ex-
cipiebantur, jam contenti, quod a Cæsa-
reis Legatis proximum occuparent lo-
cum, nec etiam de aliis Oratoribus
tum absentibus quicquam decerneretur.
Ceterum ipse etiam Mendoza quamvis
aliis Congregationibus febri quartana
præpeditus non interfuerit, huic tamen
urba itatis gratia adesse voluit: Cun-
ctis itaque Sedes suas occupantibus
Franciæ Oratorum, necnon mandati
eis